ſunt torquentes cor meum. Noctem Vertetunt in diem: et turſum poſt tenebras ſpero lucem. Si ſuſtinuero īfernus dom⁹ mea eſt: ⁊ in tenebris ſtraui lectulum meum. Putredini dixi. Pater meus es / mater mea / et ſoror mea Vermibus. Vbi eſt ergo nunc preſtolatio mea: et patientia mea tu es domine deus meus. ℞. Peccantem me quotidie et non me penitentem timor mortis cōturbat me Quia in īferno nulla eſt redemptio miſerere mei deus et ſalua me. ℣ſus. Deus in nomine tuo ſaluum me fac et in Virtute tua libera me. Quia in inferno.

Lectio octaua.

Pelli mee cōſumptis carnibus adheſit os meum: et derelicta ſunt tantūmodo labia circa dentes meos. Miſeremini mei miſeremini mei / ſaltem Vos amici mei: quia manus domini tetigit me. Quare perſequimini me ſicut deus: et carnibus meis ſaturamini? Quis michi tribuat Vt ſcribantur ſermones mei? Quis michi det Vt exarentur in libro ſtillo ferreo / aut plumbi lamina / Vel celte ſculpantur in ſilice Scio enim ꝙ redēptor meus Viuit: et in nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſū ⁊ rurſum circūdabor pelle mea: ⁊ in carne mea Videbo deū ſaluatorē meū. Quē Viſurus ſum egoipſe et oculi mei conſpecturi ſunt: et non alius. Repoſita eſt hec ſpes mea: in ſinu meo. ℞. Dn̄e ſcōm actum meū noli me iudicare nichil di-





gnum in conſpectu tuo egi, ideo deprecor maieſtatem tuā. Vt tu deus deleas iniquitatē meam. ℣. Amplius laua me domine ab iniuſticia mea et a delicto meo munda me. Vt tu deus

Lectio .ix.

Quare de Vulua eduxiſti me: qui Vtinam conſumptus eſſem ne oculus me Videret. Fuiſſem quaſi non eſſem de Vtero tranſlatus ad tumulum. Nūquid non paucitas dierum meorū finietur breui? Dimitte ergo me dn̄e Vt plangam paululū dolorem meū anteꝗ̄ Vadā ⁊ non reuertar ad terram tenebroſam ⁊ opertam mortis caligine Terrā miſerie ⁊ tenebrarū Vbi Vmbra mortis et nullus ordo: ſed ſempiternus horror inhabitans. ℞. Libera me dn̄e de Viis inferni qui portas ereas cōfregiſti et Viſitaſti īfernū ⁊ dediſti eis lumen Vt Viderent te. Qui erant in penis tenebrarum. ℣. Clamantes et dicētes aduenīſti redemptor noſter. Qui erant. Requiē eternā dona eis domine ⁊ lux perpetua luceat eis. Qui erāt. ⁊c. ℞. Libera me domine de morte eterna in die illa tremenda. Quando celi mouendi ſunt et terra. Dū Veneris iudicare ſeculum per ignem. ℣⁹. Tremēs factus ſum ego et timeo dū diſcuſſio Venerit atqꝫ Ventura ira. Quando celi. ℣⁹. Dies illa dies ire calamitatis et miſerie dies magna et amara Valde. Dū Veneris. ℣⁹. Requiē eternā dona eis dn̄e ⁊ lux perpetua luceat eis. ℞. Libera me domine. ⁊c.






:: rebeca ::




T In laudibus ān. Exultabunt dn̄o oſſa humiliata. p̄s. Miſerere mei deus. ꝛc. ān. Exaudi. T p̄s

TE decet hymnus deus in ſyon: et tibi reddetur votū in hieruſalē. Exaudi orationē meam: ad te omnis caro veniet. Verba iniquorum preualuerunt ſuper nos: ꝛ impietatibus noſtris tu propiciaberis. Beatus quē elegiſti et aſſumpſiſti: inhabitabit in atriis tuis. Replebimur in bonis domus tue: ſanctū eſt templū tuū mirabile ī equitate. Exaudi nos deus ſalutaris noſter ſpes omniū finium terre: et in mari longe. Preparans montes in virtute tua accinct[9] potentia qui conturbas ꝓfundum maris: ſonū fluctuū eius. Turbabuntur gentes et timebunt q̇ habitant terminos a ſignis tuis exitus matutini et veſpere delectabis. Viſitaſti terram et inebriaſti eā: multiplicaſti locupletare eam. Flumē dei repletū eſt aquis paraſti cibū illorum: quoniā ita eſt preparatio el[9]. Riuos eius inebriās multiplica genimina eius: in ſtillicidiis eius letabitur germinans. Benedices corone anni benignitatis tue: et campi tui replebuntur vbertate. Pinguescent ſpecioſa deſerti: et exultatione colles accingentur. Induti ſunt arietes ouiū et valles abundabūt frumēto: clamabunt etenim hymnū dicent. Requiem eternā. ān. Exaudi deus orationem meam ad te omnis caro veniet. ān. Me



ſibila agripa





ſuſcepit dextera tua domine. p̄s. Deus deus me[9] ān. A porta inferi. T Pſalmus.

EGo dixi in dimidio dierum meoꝝ: vadā ad portas inferi. Queſiui reſiduum annorum meoꝝ. dixi nō videbo dn̄m deū in terra viuentium. Non aſpiciā hoīem vltra: et habitatorē quietis. Generatio mea ablata eſt et cōuoluta eſt a me: quaſi tabernaculū paſtoꝝ. Preciſa eſt velut a texēte vita mea: dum adhuc ordirer ſuccidit me. De mane vſqꝫ ad veſperam finies me. Sperabam vſqꝫ ad mane: quaſi leo ſic cōtriuit omnia oſſa mea. De mane vſqꝫ ad veſperam finies me ſicut pullus hyrūdinis ſic clamabo: meditabor vt columba. Attenuati ſunt oculi mei: ſuſpicientes in excelſo. Dn̄e vim patior reſponde pro me: quid dicam aut quid reſpondebit michi cū ipſe fecerim. Recogitabo tibi oēs annos meos: ī amaritudine anime mee. Domine ſi ſic viuitur et in talib[9] vita ſpiritus mei corripies me et viuificabis me: ecce in pace amaritudo mea amariſſima. Tu autem eruiſti animam meam vt non periret: proieciſti poſt tergum tuum oīa peccata mea. Quia non infernus confitebitur tibi: neqꝫ mors laudabit te non expectabunt qui deſcendunt in lacum veritatem tuam. Viuens viuens ipſe confitebitur tibi: ſicut et ego hodie pater filiis notam faciet veritatem tuam. Domine ſaluum me fac:





et pſalmos noſtros cantabimus cũctis dieb⁹ Vite noſtre in domo dñi Requiem. ã. A porta inferi erue dñe aĩas eoꝝ. ã. Omis ſpũs laudet dñm. ps Laudate dñm de celis. ⁊c. ỽ⁹. Audiui Vocẽ de celo dicẽtẽ. ℟. Beati mortui qui in dño moriũtur. ãn Ego ſum reſurrectio ⁊ Vita qui credit in me etiaꝫ ſi mortuus fuerit Viuet et oĩs qui Viuit ⁊ credit in me non morietur ineternũ. ps Benedictus. Vt ſupra. Pater noſter. ps De profundis clamaui. Vt ſupra Requiẽ eternã dona eis domine: ⁊ lux ꝑpetua luceat eis. ỽ⁹. A porta inferi. ℟. Erue dñe aĩas eorum. Dñe exaudi. Et clamor. ❡ Oõ.

Deus qui inter apoſtolicos ſacerdotes famulos tuos pontificali ſeu ſacerdotali feciſti dignitate Vigere: preſta queſumus: Vt eorum quoqꝫ perpetuo aggregentur cõſortio. Deus Venie largitor. Vt ſupra. Fidelium deus omnium conditor et redemptor. et cetera: Vt ſupra.

❡ Sequuntur ſuffragia plurimorum ſanctorũ et ſanctarũ. Et primo de ſanctiſſima trinitate.








❡ Sancta trinitas Vnus deus: miſerere nobis. ãn. Te inuocamus / te adoram⁹ / te laudam⁹ / te glorificamus / o beata trinitas. ỽ. Sit nomẽ dñi





bn̄dictū. ℟. Ex hoc nunc ⁊ vſqȝ in ſeculū. Oremꝰ
Omnipotens ſempiterne deus qui dediſti famulis tuis in confeſſione vere fidei eterne trinitatis gloriam agnoſcere et in potētia maieſtatis adorare vnitatem queſumus: vt eiuſdem fidei firmitate ab omnibus ſemper tueamur aduerſis Per dominum noſtrum ieſum chriſtum filium tuum qui tecum viuit et regnat in vnitate ſpiritusſancti deus. Per omnia ſecula ſeculorū. Amen.

Oratio ad deum patrem.

Pater de celis deus: miſerere nobis.



Domine ſācte pater omnipotēs eterne deus qui coequalem/conſubſtantialem/⁊ coeternum tibi ante omnia ſecula filium ineffabiliter genuiſti cuȝ quo atqȝ cum ſancto ſpiritu ex te eodemqȝ filio procedente celum/ terram/ atqȝ omnia quecunqȝ exiſtunt viſibilia et inuiſibilia mirabilit̄ creaſti: tibi gratias ago/ te adoro/te laudo/te benedico/teqȝ magnifico Eſto queſo ꝓpiciꝰ michi miſerrimo peccatori: et ne deſpicias me opꝰ manuum tuarum: ſed libera/ ſalua: et adiuua me ꝓpter nomen ſanctū tuū. Qui viuis et regnas deus. Per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

Oratio ad filium.

Fili redemptor mundi deus miſerere nobis.



Domine ieſu chriſte fili dei viui qui es verus et omnipotens deus ſplendor et ymago patris et vita eterna: cui eſt vna cum eterno patre et ſpiritusancto equalis honor: eadē gloria: coeterna maieſtas: vna ſubſtantia: tibi gratias ago/te adoro/te laudo/te benedico/ teqȝ glorifico. Ne me queſo perire patiaris: ſed ſalua et adiuua me propter nomen ſanctum tuum. Qui viuis et regnas deus: per omnia ſecula ſeculoꝝ. Amen.

Oratio ad ſpiritumſanctum.

Spiritusſancte deus: miſerere nobis.



Domine ſpiritusſācte deus qui coequalis/cōſubſtantialis/et coeternus patri filioqȝ exiſtens ab eis ineffabiliter procedēs: quiqȝ ſuper eūdem dominū noſtrū ieſum chriſtum in columbe ſpecie ⁊ ſupra ſanctos diſcipulos ſuos ī linguis igneis deſcendiſti: tibi gratias ago/te adoro te laudo/ te benedico/ teqȝ glorifico. Repelle a me queſo tenebras totius iniquitatis: ⁊ perfice et accende in me lumē miſericordie tue ⁊ ignē ſanctiſſimi amoris tui. Qui viuis et regnas deus ꝑ omnia ſecula ſeculorum. Amen.





De ſancta facie domini.

Salue ſancta facies noſtri
redemptoris in qua nitet
ſpecies diuini ſplendoris ĩpreſſa pã
niculo niuei candoris dataqꝫ vero-
nice ſignum ob amoris. Salue de
cus ſeculi ſpeculũ ſanctorum: quod
videre cupiunt ſpiritus celorum nos ab omni ma
cula purga viciorum: atqꝫ nos conſortio iunge be
atorum. Salue noſtra gratia in hac vita dura/ la
bili ac fragili cito tranſitura. Nos prouehat ſupe-
ris felix hec figura ad videndum faciẽ que eſt chri
ſti pura. Eſto nobis queſumus verũ adiuuamen
dulce refrigerium atqꝫ conſolamen ſic fruamur re
quie omnes dicant Amen. ℣. Adoramus te chri-
ſte et benedicimus tibi. ℟. Quia per ſanctam cru
cem tuam redemiſti mundum. Oratio.

Deus qui nobis famulis tuis lumie vul
tus tui ſignatis ad inſtantiam veroni-
ce ymaginem ſudario impreſſam reliquere volui-
ſti per paſſionem ⁊ crucem tuam: tribue queſumꝰ
vt ita nunc in terris per ſpeculuꝫ ĩ enigmate vene
rari et adorare teipſum valeamus. Vt tunc facie
ad faciem ſuper nos iudicem ſecuri videamus te
chriſtum dominum noſtrum. Amen.

De ſancto ſepulcro domini.







℟. Corde et ore xp̃o canamꝰ gloriã In his ſacris
ſolẽniis precelſi ſaluatoris noſtri ſepulcri. ℣. Oẽs
inunũ cõgregati collaudemꝰ dñm ieſũ xp̃m. In.





℣. Jeſu chriſte fili dei viui. ℟ Miſerere nobis. oꝛ
Omnipotens ſempiterne de⁹ qui angelū tuū de ce
lo miſiſti: vt ab oſtio monumēti ſaxū ma=
gnū reuolueret: et ſedēs ſup illud dn̄ice reſurrecti=
onis teſtimoniū blando ſermone nūciaret: preſta
nobis q̄s. Vt ꝑ venerabile atq3 glorioſuz eiuſdē re
dēptoris noſtri ſepulcrū a vicioꝝ ſepulcris reſuſci
tari mereamur. Per.

Oratio deuotiſſima ad beatiſſimā virginē
mariam dei genitricem.



Obſecro te dn̄a ſancta ma
ria mater dei pietate ple=
niſſima/ ſummi regis filia/ mater
glorioſiſſima. mater orphanoꝝ. cō=
ſolatio deſolatoꝝ. Via errantiū. ſa=
lus omnium in te ſperantium Vir
go ante partum. Virgo in partu. et
virgo poſt partum. Fons miſericordie. fons ſalu
tis et gratie. fons conſolationis ⁊ indulgētie. fōs
pietatis et leticie. Per illā ſanctam ineffabilē leti
ciā qua exultauit ſpiritus tuus in illa hora quan
do tibi per gabrielē archangelū annunciatus ⁊ cō
ceptus fili⁹ dei fuit. Et ꝑ illud diuinū myſterium
quod tūc opatus eſt ſpūſſanct⁹. Et ꝑ illā ineffabi
lē gratiā/ pietatē/ miam/ amorē/ et hūilitatē: per
quas filius tu⁹ deſcēdit accipe humanā carnē in





venerabiliſſimo vtero tuo. Et in quibus te reſpe=
xit quādo te cōmēdauit ſctō iohanni apoſtolo et
euāgeliſte. ⁊ qn̄ te exaltauit ſuper choros angeloꝝ.
Et ꝑ illā ſanctā ⁊ ineffabilē hūilitatē ī qua tu re=
ſpondiſti archāgelo gabrieli. Ecce ancilla dn̄i fiat
michi ſcd̄m v̄bū tuū. Et ꝑ glorioſiſſima quindeci
gaudia q̄ habuiſti de filio tuo dn̄o noſtro ieſu xp̄o
Et per illā ſanctā ⁊ maximā ꝯpaſſionē ⁊ acerbiſ
ſimū cordis dolorē quē habuiſti qn̄ filiū tuū dn̄m
noſtrū ieſū xp̄m ante crucē nudatū ⁊ ī ipa leuatū
vidiſti: pendentē. crucifixū. vulneratum. ſitientē
fel apponi. clamantē audiſti. et morientē vidiſti.
Et ꝑ quinq3 vulnera filii tui. ⁊ ꝑ cōtractionē viſce
rū tuoꝝ pre nimio dolore vulnerū ſuoꝝ. Et ꝑ do=
lorē quē habuiſti qn̄ vidiſti eū vulnerari. Et ꝑ fō
tes ſanguinis ſui. ⁊ ꝑ oēm paſſionē ei⁹. ⁊ ꝑ oēz do
lorē cordis tui. ⁊ ꝑ fontes lachrymaꝝ tuarū: vt cū
omnibus ſanctis et electis dei venias et feſtines
in auxiliū et cōſiliū meū in omnibus orōnibus ⁊
requeſtis meis. ⁊ in oībus anguſtiis ⁊ neceſſitati
bus meis. Et in oībus illis rebus in quibus ego
ſum facturus: locuturus: aut cogitaturus: oībus
diebus ac noctibus horis atq3 momētis vite mee
Et michi famlo tuo īpetres a dilecto filio tuo vir
tutū oīm cōplemētū cū oī mīa et cōſolatiōe. oī cō
ſilio et adiutorio. oī bn̄dictione et ſanctificatōe. oī
ſaluatiōe pace ⁊ proſperitate. oī gaudio ⁊ alacrita




te.etiã abũdantiam omniũ bonorũ ſpiritualiũ et corporalium.⁊ gratiã ſanctiſpũs qui me bene per omia diſponat.aiam meã cuſtodiat. corpus meũ regat.mentẽ erigat.mores cõponat. actus probet vota et deſideria mea perficiat. cogitationes ſanctas inſtituat.preterita mala indulgeat . preſẽtia emendet et futura moderetur.Vitam honeſtam ⁊ honorabilẽ michi tribuat:fidem/ſpem/et caritatẽ caſtitatẽ/humilitatem/⁊ patientiã michi preſtet. Quinqꝫ ſenſus mei corporis regat et protegat.ſeptem opera mĩe cõplere me faciat. duodecim articulos fidei et decem p̃cepta legis firmiter tenere ⁊ credere me faciat . et a ſeptem peccatis criminalibus me liberet ⁊ defendat vſqꝫ in finem.Et in nouiſſimis diebus meis oſtende michi faciẽ tuam ⁊ annuncies michi diem et horam obitus ⁊ mortis mee.Et hanc orationem ſupplicem ſuſcipias ⁊ exaudias et vitam eternam michi tribuas. Audi et exaudi me dulciſſima virgo maria mater dei ⁊ miſericordie. Amen.



¶ Alia oratio deuotiſſima ad btiſſimã virginẽ dei genitricẽ Mariã.

O Intemerata ⁊ ineternum benedicta ſingularis atqꝫ incomparabilis virgo dei genitrix maria gratiſſimũ dei templũ.ſpũs ſancti ſacrariũ.ianua regni celorũ





per quam poſt deũ totus viuit orbis terrarũ. De te enim vnigenitus dei filius verus et omĩpotẽs deus ſuam ſanctiſſimam fecit matrẽ. Aſſumens de te illam ſanctiſſimã carnẽ per quam mundus qui perditus erat ſaluatus eſt. cuiꝰ precioſiſſimo ſanguine ſuo ipſe mundus redemptus eſt ⁊ peccata remiſſa ſunt:formans eam in precioſiſſimo vtero tuo de precioſiſſimo ſanguine tuo: vniẽs eam eterne et incommutabili diuinitati ſue a quo bona cuncta procedunt per quem omnia facta ſunt Quẽ adoro: qui ſacratiſſimam carnem ſuam cũ precioſiſſimo ſanguine ſuo dat quotidie fidelibus ſuis ſub forma panis et vini in cibũ viaticum ad refectionẽ animarũ ſalutarẽ et vitalem. quã qui digne manducauerit vitã eternã habebit. qui autẽ indigne mãducauerit iudiciũ ſibi mãducat et bibit ſicut pluries feci.mea culpa:mea culpa:mea grauiſſima culpa. Qui autẽ non manducauerit non habebit vitã eternam:et propterea merito dicimus tibi qꝛ per te poſt deũ totus viuit orbis terrarũ.Per hanc fidẽ te deprecor dei genitrix et ꝑpetua virgo ſemꝑ maria inclina aures tue pietatis indignis ſupplicatiõibꝰ meis:⁊ eſto michi miſerrimo pctõri pia ⁊ ꝓpicia ĩ oĩbus auxiliatrix rogãs pro me apud fontẽ pietatis et mĩe creatorẽ ⁊ redẽptorẽ dñm noſtrũ ieſum xp̃m filiũ tuum verum et omnipotentẽ deũ a quo bona cuncta procedũt



per quē oīa facta ſūt.qui non vult mortē pctōris:
ſed vt magis ꝯuertatur ⁊ viuat.cui ꝓpriū eſt mi-
ſereri ſemꝑ ⁊parcere fac vt ipſe ꝑ ineffabilē miām
ſuā meritis ⁊ precibꝰ tuis abſoluat me ab omībus
peccatis per que ei diſplicui tribuēs michi veram
humilitatē/verā manſuetudinē grām et obedien
tiam.fidei/ſpei/ ⁊ caritatis augmentū cū perſeue
rantia.cuſtodiēs me a recidiuo peccati ⁊ a tentati
onibꝰ demonū mūdi et carnis: ita vt nō amplius
ſeruiā demonibus quibus ſeruiui in multitudini
bus ſcelerū meorū videlicet in ſuperbia/ vana glo
ria/cupiditate/īuidia/ira/gula/accidia/luxuria/
et negligentiis infinitis: et aliis multis peccatis
quibus peccaui et alios peccare feci. Mea culpa/
mea culpa mea grauiſſima culpa Propter hec pec
cata perdidi regnū celorum ⁊ ſocietatē angelorum
et totiens offendi piiſſimū filium tuū . ⁊ quotiēs
letificaui demones peſſimos et merui eterna ſup-
plicia:totiens mea culpa/mea culpa/mea grauiſ-
ſima culpa. Ideo deprecor te dei genitrix et perpe-
tua virgo ſemper maria vt tu impetres michi in
dulgētiam et remiſſionē omniū peccatorum iſto-
rum et aliorū quecunqʒ feci ab ipſo filio tuo a quo
bona cuncta procedunt:per quē omnia facta ſunt
Qui etiā illuminat omnem hominē venientem
in hunc mundum : fac vt ipſe illuminet mentem
meam lumine gratie ſue inflammans eam igne




ſuauiſſimi et ſanctiſſimi amoris ſui . Et faciat
me ſeipſum cum patre et ſpirituſancto vnum ſo-
lum deum verum adorare in ſpiritu et veritate ſe
ipſum ſuper omnia diligere et timere et eidem fir
miter obedire et adherere : ſua mandata cuſtodire
peccata vitare.ſuam ſanctam paſſionem ⁊ patiē-
tiam imitari.bonis operibus abundare:proſpera
mundi deſpicere:et nulla eius aduerſa formidare
et talem penitentiam in hac vita pro cūctis pecca
tis⁊ ſceleribus meis agere que ei precibus tuis be
neplacens ſit et grata:vt merito ſue ſacratiſſime
paſſionis cum ſanctis et electis ſuis michi vitam
⁊ requiem conferat ſempiternam. Amen.

¶ Deuota contemplatio beate marie virginis
iuxta crucem filii ſui lachrymantis et ad compaſ
ſionem ſaluatoris ſingulos inuitantis.



STabat mat̃ doloroſa iuxta
crucem lacrimoſa dum pēde
bat filius. Cuius animam gemen
tem contriſtatam et dolentem per-
trāſiuit gladius O q̄ triſtis et affli
cta fuit illa benedicta mater vnige
niti. Que merebat et dolebat ⁊ tre-
mebat cum videbat nati penas incliti . Quis eſt
homo qui nō fleret chriſti matrem ſi videret in tā-
to ſupplicio ? Quis poſſet non contriſtari piā ma
trem contemplari dolentem cum filio ? Pro pec-

ſibila ſamie

catis ſue gentis vidit ieſum in tormētis et flagel
lis ſubditum. Vidit ſuum dulcem natum morien
tem deſolatum dum emiſit ſpiritum. Eya mater
fons amoris me ſentire vim doloris fac vt tecum
lugeam. Fac vt ardeat cor meum in amando chri
ſtum deum vt ſibi complaceam. Sancta mater
iſtud agas crucifixi fige plagas cordi meo valide.
Tui nati vulnerati iam dignantis pro me pati
vim amoris imprime. Fac me vere tecum flere
crucifixo condolere donec ego vixero. Iuxta cru-
cem tecum ſtare te libenter ſociare in planctu deſi
dero. Virgo virginū preclara michi iam non ſis
amara fac me tecum plāgere. Fac vt portem chri
ſti mortem paſſionis eius ſortem ⁊ plagas recole
re. Fac me plagis vulnerari cruce hac inebriari ob
amorem filii. Inflammatus ⁊ accēſus per te vir
go ſim defenſus in die iudicii. Fac me cruce cuſto-
diri morte chriſti premuniri ꝯfouerꝰ gratia. Quā
do corpus morietur fac vt anime donetur paradi
ſi gloria. Amen. ℣. Tuam ipſius animam dolo-
ris gladius pertranſibit. ℟. Vt reuelētur ex mul-
tis cordibus cogitationes. Oremus.

INterueniat pro nobis queſumus domi-
ne ieſu chriſte nūc ⁊ in hora mortis apud
tuam clementiam beata virgo maria mater tua
cuius ſacratiſſimam animam in hora tue paſſio-
nis doloris gladius pertranſiuit per te ieſu chriſte

ſibila ꝑſica

ſaluator mundi. Qui cum patre ⁊ ſpirituſancto
viuis ⁊ regnas deus. Per oīa ſecula ſeculoꝝ. Amē.

De ſancto Michaele. an.



O Michael archangele paradiſi
prepoſite veni in adiutoriū populo
dei et velis nos defendere a poteſta
te inimici ⁊ tecum ducere in ſocieta
tem domini. ℣. In conſpectu ange-
lorum pſallam tibi deus meus. ℟.
Adorabo ad templum ſanctum tu
um et confitebor nomini tuo. Oremus

DEus qui miro ordine angelorum mini-
ſteria hominumq; diſpenſas: concede propiciꝰ vt
quibus tibi miniſtrātibus in celo ſemper aſſiſtit̄
ab his in terra vita noſtra muniatur. Per dn̄m
noſtrum ieſum chriſtum filium tuum. ⁊c.

De ſancto iohanne baptiſta. an.



Inter natos mulierum nō ſur
rexit maior iohāne baptiſta. ℣ſus.
Fuit homo miſſus a deo. ℟. Cui
nomen erat iohannes. Oremus.

PReſta queſumus omnipo
tens deus: vt familia tua
per viam ſalutis incedat et beati io
hannis precurſoris chriſti hortamēta ſectando ad
eum quem predixit ſecura perueniat dominū no-
ſtrum ieſum chriſtum filium tuum. ⁊c.





CRACOVIAE

De ſancto iohanne euangeliſta. añ.



Johannes apoſtolus et euangeliſta virgo electus eſt a domino atqz inter ceteros magis dilectus. Verſus. Valde honorandus eſt beatus iohannes. ℟. Qui ſupra pect⁹ dñi in cena recubuit. Orõ

Ecclesiã tuã queſum⁹ dñe benignus illuſtra: vt beati iohannis apoſtoli tui et euangeliſte illuminata doctrinis ad dona perueniat ſempiterna. Per dominum noſtrum ieſuz chriſtum filium tuum. Qui tecũ viuit et regnat in vnitate ſpiritusſancti deus. Per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

De ſanctis petro et paulo.



Petrus apoſtolus et paulus doctor gentium/ipſi nos docuerunt legem tuam domine. Verſus. In omnem terram exiuit ſonus eorum. ℟. Et in fines orbis terre verba eorum. Oremus.

Deus cuius dextera beatum petrum apoſtolum ambulantem in fluctib⁹ ne mergeretur erexit/ et coapoſtolum eius paulũ tercio naufragantem de profundo pelagi liberauit exaudi nos propicius ⁊ concede: vt amborum





meritis eternitatis gloriam conſequamur. Per dominum noſtrum ieſum chriſtum filium tuum qui tecum viuit et regnat in vnitate ſpiritusſancti deus. Per omnia ſecula ſeculorum. Amen

De ſancto iacobo. añ.



Lux et decus hyſpanie o iacobe ſanctiſſime ſubleuator oppreſſorum. ſuffragium viatorum. qui inter apoſtolos prim⁹ martyr laureatus obtines primatum. O ſingulare preſidium tuorum benign⁹ exaudi vota ſeruorũ et intercedas p noſtra omniũqz ſalute. ℣⁹. Ora pro nobis beate iacobe. ℟. Vt digni efficiamur promiſſionibus chriſti.

Oratio.

Eſto domine plebis tue ſanctificator ⁊ cuſtos: vt apoſtoli tui iacobi munita preſidiis et conuerſatione tibi placeat ⁊ ſecura deſeruiat. Per dominum noſtrum ieſum chriſtum filium tuum qui tecum viuit et regnat in vnitate ſpirituſſancti deus. Per omnia ſecula ſeculorũ. Amen

De omnibus apoſtolis. añ.

Dum ſteteritis ante reges et preſides noli te cogitare qualiter reſpondeatis dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. ℣. In omnem terram exiuit ſonus eorum. ℟. Et in fines orbis terre verba eorum.

Oremus.

Concede queſumus omnipotens deus ut ſicut apoſtolorum tuorum. N. et N. iugiter commemorationem agimus: ſic ad tua beneficia promerenda maieſtatem tuam ipſi pro nobis exorent. Per dominum.

De ſancto ſtephano. an.



Stephanus plenus gratia et fortitudine faciebat prodigia et ſigna magna in populo. ℣. Juſtus germinabit ſicut lilium. ℟. Et florebit in eternum ante dn̄m. Oremus.

Omnipotēs ſempiterne deus qui primitias martyrum in beati leuite ſtephani ſāguine dedicaſti tribue queſumus. Ut pro nobis ītercessor exiſtat: qui pro ſuis etiam perſecutoribus exorauit dominuz noſtrum ieſum chriſtum filium tuum. Qui tecū.

De ſancto laurentio. an.



Leuita laurentius bonū opus operatus eſt qui per ſignum crucis cecos illuminauit. ℣. Diſperſit dedit pauperib⁹. ℟. Juſticia ei⁹ manet in ſeculum ſeculi. Oremus.

Da nobis queſumus omnipotens deus viciorum noſtrorum flammas extinguere: qui beato laurētio martyri tuo tribuiſti tormentorum ſuorum incēdia ſuperare. Per dominum noſtrū. etc.



De ſancto chriſtoforo. an.



Sancte chriſtofore martyr dei precioſe rogo te per nomē chriſti creatoris tui et p illud p̄rogatiuū quod tibi contulit quando nomen ſuum tibi ſoli impoſuit te deprecor in nomine patris et filii et ſpiritusſancti et per gratiam quam accepiſti ut erga deū et ſāctam eius genitricē michi famulo tuo N. ſis propicius peccatori quatinus tuo pio interuentu facias me vincere omnes qui cogitant michi mala et per illud leue onus quod eſt chriſt⁹ quod trans marinum flumen in humeris tuis feliciter portare meruiſti alleuiare dignare preſētes meas anguſtias/paupertates/tribulationes/ malas et peruerſas machinationes. fraudulentas cōſpirationes/mēdacia/falſa teſtimonia/occulta ſiue apta conſilia et alia que contra honorē meum cogitādo vel conſpirādo veritatis emuli michi ſeruo tuo inferre conantur. Ut vita comite et ſaluo honore tecum gaudere valeam in ſecula ſeculorū. Amen. ℣. Ora p nobis beate chriſtofore. ℟. Ut digni efficiamur promiſſionibus chriſti. Oratio.

Deus qui beatum chriſtoforum martyrē tuum virtute conſtantie in paſſione roboraſti. quiqz unigenitum tuum dominum no-

ſtrum ieſum chriſtum ĩ ſuis humeris mirabiliter portari voluiſti: concede propicius: Ut qui eius cõmemorationem agimus ipſius meritis ad regna celeſtia peruenire feliciter mereamur. Per dñm

De ſancto ſebaſtiano. añ.



O q̃ mira refulſit gratia ſebaſtianus martyr inclytus qui militis portãs inſignia ſed de fratrum palma ſolicitus confortauit corda trementia verbo ſibi collato celitus ℣. Ora pro nobis beate martyr ſebaſtiane. ℟. Ut mereamur peſtem epydimie illeſi ꝑtrãſire ⁊ ꝓmiſſionẽ xp̄i obtinere.

DEus qui beatũ ſebaſtianum martyrẽ tuum in tua fide ⁊ dilectione tam ardenter ſolidaſti: Ut nullis carnalib⁹ blandimentis/ nullis tyrannoꝝ minis nulliſqz carnificum gladiis ſiue ſagittis a tua cultura potuit reuocari: da nobis miſeris pctõribus dignis eius meritis et interceſſionibus in tribulatione auxilium. in perſecutione ſolatiũ. ⁊ in omni tempore contra peſtẽ epydimie remediũ quatinus poſſim⁹ contra omẽs dyabolicas inſidias viriliter dimicare mundum ⁊ ea que in eo ſunt deſpicere et nulla eius aduerſa formidare: Ut ea que te inſpirante deſideramus: valeamus obtinere. Per dominum.

De pluribus martyribus. añ.





Iſti ſunt ſãcti qui pro dei amore minas hominum contempſerunt: ſancti martyres in regnum celorũ exultant cũ angelis. O q̃ precioſa eſt mors ſanctorum qui aſſidue aſſiſtũt ante dominũ: ⁊ ab inuicẽ non ſunt ſeparati. ℣. Exultent iuſti in conſpectu dei. ℟. Et delectentur in leticia. Oremus

DEus q̃ nos cõcedis ſanctorũ martyrũ tuorũ. N. ⁊ N. ſuffragiis adiuuari: da nobis in eterna beatitudine de eorum ſocietate gaudere. Per dñm.

De ſancto nicolao. añ.



Amicus dei nicola⁹ põtificali decorat⁹ ĩfula oĩb⁹ ſe amabilẽ exhibuit. ℣. Ora ꝓ nobis btẽ nicolae. ℟. Ut digni efficiamur promiſſionib⁹ chriſti.

Oremus.

DEus q̃ beatũ nicolaũ pontificẽ tuũ innumeris decoraſti miraculis tribue nobis q̃s: Ut ei⁹ meritis ⁊ p̃cibus a gehẽne incendiis liberemur. Per.



De ſancto claudio. añ.

O deſolatoꝝ cõſolator: captiuoꝝ liberator: reſurrectio mortuorum. lumẽ cecoꝝ. auditus ſurdoꝝ. mutorũ eloquiũ. tutor naufragãtiũ. ĩpotentiũ ⁊ lãguidoꝝ ſanator. medicie refugiũ. via errãtiũ. ſalus oĩz ĩ te ſperãtiũ btẽ claudi benigne ↄfeſſor dei ora deũ ꝓ nobis q̃ te tot ⁊ tãtis

illuſtrauit ſuffragiis. nā ꝑ tua ſanctiſſima vita quam tam pie et deuote geſſiſti in hac valle miſerie vana huius ſeculi ſpernendo ⁊ celeſtia ſectādo ꝑ tuis meritis ad ſuperna poloꝝ gaudia teipſuꝫ collocauit ⁊ innumeris decorauit miraculis: beate claudi glorioſe confeſſor implora apud deum ꝓ nobis auxiliū. ℣. Ora pro nobis beate claudi. ℟. Ut digni efficiamur ꝓmiſſionibꝰ xp̄i. Oremus.

Deus qui beato claudio glorioſo confeſſori tuo atqꝫ pontifici tantā gratiā ⁊ beatitudinē cōferre dignatus es: ꝙ per illā fere totus orbis chriſtianoꝝ pro ſuis neceſſitatibus ad ipſum affluit: et quicunqꝫ eum pie et deuote queſierit deſolatus nō remanebit. da nobis q̄s dn̄e iuſta deſideria poſtulare: Ut que iuſte poſtulauerimus ſuis meritis et interceſſione apud te iugiter valeamꝰ obtinere. Per.

De ſancto anthonio. ā.



Anthoni paſtor inclite qui cruciatos reficis: morbos ſanas et deſtruis: ignis calorem extiguis: pie pater ad dn̄m ora ꝓ nobis miſeris. ℣. Ora pro nobis beate pater āthoni. ℟. Ut digni efficiamur ꝓmiſſionibus chriſti. Oremus

Deus qui concedis obtentu beati anthonii cōfeſſoris tui morbidū ignē extingui et membris egris refrigeria preſtari: fac nos q̄ſumus ipſius meritis et precibus a gehenne incendiis liberatos integros mente et corpore tibi feliciter in gloria preſentari. Per.

De ſancta anna.



Celeſte beneficium introiuit in annam ꝑ quam nobis nata eſt maria virgo. ℣. Ora ꝓ nobis beata anna. ℟. Ut digni. ⁊c. Oremus.

Deus qui beate anne tantā gratiā donare dignatus es ut beatiſſimam matrē tuam ī ſuo glorioſiſſimo vtero portare mereretur: da nobis ꝑ interceſſionem matris et filie tue propiciationis abundantiam: Ut quarum cōmemorationeꝫ pio amore amplectimur: earum precibus ad celeſtem patriam peruenire valeamus. Per.

De ſancta maria magdalena.



Maria ergo vnxit pedes ieſu ⁊ extersit capillis ſuis ⁊ domus impleta eſt ex odore vnguenti. ℣. Dimiſſa ſunt ei peccata multa. Quoniam dilexit multum. Oreꝰ.

Largire nobis clemētiſſime pater ꝙ ſicut beata maria magdalena dn̄m noſtrū ſuper oīa diligendo ſuoꝝ obtinuit veniam peccaminū: ita nobis apud tuā miſericordiā ſempiternā impetret beatitudinem

Per. De ſancta katherina. an.



Virgo ſancta katherina grecie
gēma vrbe alexandrina coſti regis
erat filia. ℣. Diffuſa eſt gratia ī la-
biis tuis. ℟. Propterea bn̄dixit te
deus ineternū. Oremus.
Deus qui dediſti legem moy
ſi in ſūmitate montis ſynai
et in eodē loco corpus beate katherine virginis ⁊
martyris tue per ſanctos angelos tuos mirabili-
ter collocaſti: tribue queſumus: vt eius meritis et
interceſſione ad montē qui chriſtus eſt valeamus
peruenire. Per.

De ſancta margareta. an.



Virgo glorioſa chriſti margare
ta virginū gēma precioſiſſima vir
tute ſupernorum clara: audi preces
noſtras coram te fuſas. fac nos iū-
gi eternali choro. pcibus ergo tuis
adeſto calamitatibus noſtris. ℣. ſus
Ora pro nobis beata margareta.
℟. Vt digni efficiamur pmiſſionib⁹ xpi. Orem⁹.
Deus qui beatam margaretā virginem
tuam per martyrii palmā peruenire feci
ſti: ꝯcede nobis queſumus. Vt eius exempla ſectā
tes ad te venire mereamur. Per.

De ſancta barbara.

157



Gaude barbara btā ſūme pol
lens in doctrina angeli miſterio.
Gaude virgo deo grata que bapti-
ſtam imitata es ī vite ſtadio. Gau
de cum te viſitauit chriſtus vita et
curauit plagas actu proprio. Gau
de quia meruiſti īpetrare quod peti
ſti dante dei filio. Gaude nanqȝ eleuata es in ce-
lo ⁊ delata nobili martyrio. Te laudantem fami
liam trahe poſt te ad gloriam finito exilio. ℣. Ora
pro nobis beata barbara. ℟. Vt digni efficiamur
pmiſſionibus chriſti. Oremus.
Interceſſio queſumus dn̄e btē barbare vir
ginis ⁊ martyris tue ab omni aduerſita-
te nos protegat: vt per eius interuentū glorioſiſſi
mū ſacroſancti corporis ⁊ ſanguinis dn̄i noſtri ie
ſu chriſti ſacramentū ante diē exitus noſtri p ve-
ram penitentiā et purā cōfeſſionē percipere mere
amur. Per. De ſancta apolonia. an.
Beata apolonia graue tormētum p dn̄o ſuſti



nuit. primo tyrāni extraxerūt den
tes ei⁹ cū malleis ferreis. ⁊ cū eſſet ī
illo tormēto orauit ad dn̄z ieſū xpz:
vt q̇cūqȝ nomē ſuū deuote īuocaret
malū ī dētibus nō ſentiret. Ora p
nobis btā apolonia. ⁊c. Orō
Omipotēs ſempiterne de⁹ q̇





beatam apolonia͂ virginē ⁊ martyrem tua͂ de ma
nibus inimicoru͂ ſuoru͂ liberaſti ⁊ eiꝰ orationē ex-
audiſti: te q̄ſo per interceſſionē eiꝰ et beati laurētii
martyris tui ſimulqȝ omniu͂ ſanctorum ⁊ ſancta
rum vt dolorem a dentibus meis expellas/ſanuȝ
et incolumē meipſum efficias vt tibi gratiarum
actiones referre valeam ineternum. Per.

Senſuiuent pluſieurs deuotes louenges/pe
ticions/oraiſons ⁊ requeſtes qui a toute perſonne
ayant entēdement ſont neceſſaires a dire a noſtre
ſeigneur ieſuchriſt. Premierement tu diras au
matin quant tu te leueras de ton lit. In matuti-
nis dn̄e meditabor in te:q̄ fuiſti adiutor meus.

Gratias ago tibi dn̄e oīpotens eterne deꝰ
qui me in hac nocte nō meis meritis: ſed
tua ſctā mia cuſtodire dignatꝰ es ꝯcede michi dn̄e
diē iſtu͂ in tuo ſancto ſeruitio ita peragere: vt tibi
placeat obſequiu͂ ſeruitutis mee. Qui viuis.

Quant tu yſtras hors de ta maiſon dy.
Vias tuas dn̄e demonſtra michi et ſemitas tuas
edoce me. Greſſus meos dirige ſecundu͂ eloquiuȝ
tuu͂ vt nō dn̄et mei oīs iniuſticia. Dirige greſſus
meos ī ſemitis tuis vt nō moueant̄ veſtigia mea

Quant tu prendras de leaue benoicte dy.
Aſperges me domīe yſopo et mundabor: lauabis
me et ſuper niuē dealbabor. Miſerere mei deꝰ ſcd̄ȝ
magna͂ miſericordia͂ tua͂. Glia patri. Aſperges.









Quant tu feras deuant le crucifix dy.
Salua nos chriſte ſaluator per virtutem ſctē cru
cis qui ſaluaſti petru͂ in mari miſerere nobis. vꝰ.
Omnis terra adoret te deꝰ et pſallat tibi. R. Pſal
mum dicat nomini tuo. Oremus

Crucem tuam adoramus et veneramur
dn̄e ieſu chriſte:et per ipſam clementia͂ tu
am humiliter imploramus: vt nobis peccatoribꝰ
miſereri et parcere digneris qui pro nobis digna-
tus es naſci de virgine maria. Per.

Quant le preſtre ſe retourne dy.
Spūſſancti gratia illuſtret ⁊ illuminet cor tuum
et labia tua:⁊ accipiat dn̄s hoc ſacrificiu͂ de mani-
bus tuis dignu͂ ꝑ peccatis ⁊ offenſionibus nr̄is.

A leleuacion du corps noſtre ſeigneur
Anima chriſti ſanctifica me. corpus chriſti ſalua
me. ſa͂guis chriſti inebria me. aqua lateris chriſti
laua me. paſſio chriſti conforta me. ſudor vultꝰ xp̄i
virtuoſiſſimi ſana me. O bone ieſu exaudi me. ⁊
ne ꝑmittas me ſeparari a te. ab hoſte maligno de
fende me. in hora mortis voca me. et pone me iux
ta te: vt cum angelis et ſanctis tuis laudem te do
minu͂ ſaluatorē meu͂ in ſecula ſeculoꝝ. amen

Quant on lieue le calice.
Ave vere ſanguis domini noſtri ieſu chriſti
qui de latere eiꝰ cu͂ aqua fluxiſti: tu michi
ſis conſiliu͂/protectio/atqȝ defenſio corporis ⁊ aīe





in preſenti vita et in futuro ſeculo per infinita ſe-
culorum ſecula. Amen.

T Salue ſancta caro dei per quam ſalui ſiūt rei
ſeruos tuos redemiſti dum in cruce pepēdiſti quā
do mortē occidiſti. Unda que de te manauit a pec
cato nos mūdauit quod patrauit primus homo
inobediens de pomo. Sancta caro tu me munda
ſanguis et benigna vnda laua me ab omni ſorde
et ab infernali morte Per tuam benignitatem cō
fer michi ſanitatem et ſanctam proſperitatem
Frange meos inimicos fac eos michi amicos: et
ſuperbiam illoꝝ deſtrue rex angelorum. Tu qui
es ſalutis portus preſta michi tuum corpus ī exi-
tu mee mortis. Libera me deus fortis a leone ru-
giente drachoneqz furiēte. Da michi fidem iuſto
rum qui regnas in ſecula ſeculoꝝ. Amen.

Pape boniface a donne a tous ceulx qui di-
ront deuotement ceſte oraiſon qui ſenſuit entre le
leuacion du corpus domini ⁊ le dernier agnus dei
deux mille ans de vray pardon.



Domine ieſu chriſte qui hanc ſacratiſſimā
carnem et precioſum ſanguinem de glo-
riſſime virgīs marie vtero aſſumpſiſti: ⁊ eundem
ſanguinem de ſacratiſſimo latere tuo in ara cru-
cis pro ſalute noſtra effudiſti: ⁊ in hac glorioſa car
ne a mortuis reſurrexiſti: ⁊ ad celos aſcendiſti cū
eodē ſacratiſſimo corpe tuo: iterū ventur9 es iudicare
viuos ⁊ mortuos ī eadē carne: libera nos p hoc ſa-



ſibila libica

cratiſſimum corpus tuum quod modo in altari ꝑ manus ſacerdotis tractatur ab omnibus immū-dicíis mentis et corporis et ab vniuerſis malis et periculis preteritis preſentibus et futuris. Qui.

Quant on prent la paix.

Da pacem domine in diebus noſtris quia nō eſt alius qui pugnet pro nobis niſi tu deus noſter.

Quant on veult recepuoir le corps de noſtre ſeigneur ieſuchriſt.

Domine non ſum dignꝰ vt itres ſub tectū meū: ſed tu dn̄e qui dixiſti qui manducat meā carnem ⁊ bibit meū ſāguinem in me manet ⁊ ego in eo: ꝓpiciꝰ eſto michi pctōri per ſumptionē corporis ⁊ ſanguinis tui ⁊ preſta: vt nō ad iudiciū dānationis illud ſumam: ſed mīa tua preueniēte in ſalutē ⁊ remiſſionē pctōꝝ meorū. Qui cū pa.

Quant on la receu.

Uera perceptio corporis et ſanguinis tui ops deus nō veniat michi ad iudiciū ne-qꝫ ad condemnationē ſed ſit oīm peccatorū meoꝝ optata remiſſio. anime ⁊ corporis mei pia guber-natio: ⁊ potēs advitā preſentē ⁊ eternā ītroductio

Contre la tempeſte.

A Domo tua domine ſpirituales nequicie repellātur ⁊ aeriarū diſcedat malignitas tempeſtatū. Per.

Pour le roy.

Deus regnorū ⁊ chriſtiani maxie ꝓtector









ſibula pſica



imperii: da ſeruo tuo regi noſtro de hoſte triūphuz vt qui tua prouidentia extitit conſecratus tuo ſē-per munimine potens ſit et ſecurus. Per.

Pour impetrer grace des pechez

Exaudi q̄s dn̄e ſupplicū preces ⁊ cōfitentiū tibi parce peccatis: vt pariter indulgentiam nobis tribuas benignus et pacem. Per.

Contre la tentacion de la chair.

Ure igne ſāctiſpiritus renes noſtros ⁊ cor noſtrum dn̄e: vt tibi caſto corpore ſeruia-mus et mundo corde placeamus. Per dominum.

Contre les mauuaiſes penſees.

Omnipotēs mitiſſime deus reſpice propi-cius ad preces noſtras et libera cor noſtrū de malarum tentatione cogitationū: vt ſanctiſpiritus dignū fieri habitaculum mereatur. Per.

Pour quelque tribulacion.

Ineffabilē miſericordiā tuam dn̄e nobis clemēter oſtēde: vt ſimul nos ⁊ a peccatis omnibus exuas: ⁊ a penis quas pro his meremur benignus eripias. Per dn̄m.

Pour lamy viuant en tribulation.

Deus qui iuſtificas impiū ⁊ non vis mortem peccatoꝝ maieſtatē tuā ſupplices exoramus: vt famulū tuū. N. de tua mīa cōfidentē celeſti ꝓtectione cōſerues: vt tibi iugiter famulet et nullis tentationibus a te ſeparetur. Per.







Pour ceulx qui vont en voyage.

Adeſto dñe ſupplicationibus noſtris ⁊ viam famulorũ tuorũ in ſalutis tue proſperitate diſpone: vt inter oẽs vie et vite huius varietates tuos ſemper protegantur auxilio. Per.

Pour noz bienſfaicteurs.

Pretende dñe famulis et famulabus tuis dexteram celeſtis auxilii: vt te toto corde perquirant ⁊ que digne poſtulãt aſſequãtur. Per.

Pour les amys qui ſont en neceſſite.

Omnipõs ſempiterne deus ſalus eterna credentium exaudi nos pro famulo tuo ſeu famula tua. N. pro quo vel pro qua mĩe tue imploramus auxiliũ: vt reddita ſibi ſanitate gratiarũ tibi in eccleſia tua referat actionem. Per dñm.

Pour le tien amy qui eſt mort.

Suſcipe piiſſime deus in ſinu patriarche tui abrahe animã famuli tui. N. eamqꝫ ſanctis et electis omnibus adiunge: ſed ne noceat ei culpa carnis ad penam proſit illi tue miſeratio pietatis ad veniam. Per dominum.

Pour le pere et la mere.

Deus qui nos patrem et matrem honorare precepiſti miſerere clementer animabꝰ patris ⁊ matris mee eorumqꝫ peccata dimitte: meqꝫ cum illis in eterne claritatis gaudio fac viuere Per dominum noſtrum. ⁊c.



Oraiſon en francois treſdeuote a dieu le pere



Mon benoit dieu ie croy de cueur ⁊ confeſſe de bouche tout ce que ſainte egliſe croit ⁊ tient de vous: et que vng bon catholique doit de vous ſentir et croire: et proteſte cy deuant voſtre figure que ie vueil viure et mourir en ceſte foy ⁊ y perſeuerer toute ma vie. ⁊ vous recõgnois mon dieu pere createur et redempteur de tout le monde: et moy voſtre poure creature ſubiecte et ſeruante vous fais la foy et hommaige de mon corps et de mon ame que ie tiens de vous noblement ainſi comme de mon ſouuerain ſeigneur. auec tous les biens naturelz/ſpirituelz/et temporelz q̃ iay: que oncques ieuz: et que iattens a auoir de vous en ce monde icy et en lautre: et de tout mon cueur voꝰ en loue et remercye. Et en ſigne de recõgnoiſſance vous paye de ce petit tribut au matin et au ſoir/ ceſt que ie vous adore de cueur et de bouche/ en foy/en eſpance/et en charite/de ceſte petite oraiſon qui tant ſeulement appartient a voſtre benoicte maieſte/ſeigneurie et diuinite. Et vous requiers trois choſes. La p̃miere eſt miſericorde de tãt de maulx et vilains pechez que iay faiz et cõmis le temps paſſe contre voſtre voulente. La ſeconde quil vous plaiſe me donner grace que ie voꝰ puiſ-

ſe ſeruir ⁊ acomplir voz commandemens ſans en courir ne encheoir en peche mortel. La tierce ſi eſt que a la mort et a mon grant beſoing me vueillez ſecourir et donner grace que ie puiſſe auoir ſouuenance de voſtre benoicte paſſion et contrition de mes pechez: et q̃ ie puiſſe mourir en voſtre saincte foy, et finablement paruenir a la gloire eternelle auec tous les ſainctz et ſaictes de paradis. Amē.

Oratio valde deuota ad virginem mariam.



Missus eſt gabriel angelus ad Mariam virginem deſponſatam ioſeph nuncians ei verbum. Aue maria gratia plena dominus tecum. Miſſus eſt gabriel angelus ad mariam virginē. Aue maria gratia plena Miſſus eſt gabriel. Aue maria. Imperatrix reginarum. dominus tecum. Laus ſanctarum animarum. dominus tecum. Vera ſaluatrix earum. dominus tecū Excellentiſſima regina celorū. dominus tecum. Veneranda domina angelorū. dominus tecum. Omnium plena virtutum. dominus tecū. Flos florum. dominus tecum. Lilium conuallium. dominus tecum. Mediatrix dei et hominum. dominus tecum. Indeficiens gaudium. dominus tecum. Roſa ſine ſpina dominus tecum. Stella



matutina. dñs tecum. Virgo dei inuiolata. dominus tecum. Virgo inupta. dominus tecū. Virgo intacta. dñs tecum. Virgo incorrupta. dñs tecuz. Virgo deo grata. dominus tecū. Virgo ante partum. dominus tecum. Virgo in partu. dominus tecum. Virgo poſt partum. dñs tecum. Splendor inextinguibilis. dñs tecum. Virgo ineſtimabilis dñs tecum. Virgo immarceſſibilis vitis. dñs te. Vua germinans. dominus tecum. Virgo incomparabilis. dñs. te. Virgo cui nō eſt nec erit ſimilis dñs te. Virgo generoſa. do. te. Virgo ſpecioſa. dñs te. Virgo pulchra. do. te. Fons miſericordie cū omni copia. do. t. Virgo eximia. dñs tecū. Virgo pia dñs tecū. Virgo mater ſine ruga. dñs tecū Virgo dulcis maria. do. te. Laus pphetica. do. te. Salomonis fabrica. do. tec. Mater dei et virgo vnica dei filia. do. te. Laus habitationis glorie dei. do. t. Ortus cōcluſus. do. te Fons ſignatus. dñs tecū Aque viue puteus. do. te. Paradiſus cum pomorum fructibus. do. tecum. Venter rore celeſti rigatus. do. tecum. Eternitatis domus. do. tecū Veteris et noui teſtamẽti armarium. do. te. Spiritus ſcti ſacrariū. do. tecuz. Que angelo nũciante virgo concepiſti. Dictes dix foix Aue maria. Et puis vne fois Que angelo. Et puis encores dix fois Aue maria. Vera virgo et mater. dominus tecum. Mater dei veri et veteris hoīs. do. te.



Mater ieſu chriſti filii Vnigeniti dei.do.te. Ma-
ter miſericordie.dominꝰ tecū Mater pietatis.do.
tecū.Mater Veritatis.do.t.Mater caritatis.do.
tecū.Decꝰ mulierꝝ.do .t.Mater orphanorū.do.t.
Conſolatio deſolatorꝝ.do.te. Compaſſio afflicto
rum.do.te.Via errantium. dominꝰ tecū. Salus
omnium in te ſperantiū.do.te. Arca dei.do.tecū.
Templū dn̄i.do.te. Sacrariū ſpiritusſancti.do.
te.Reclinatoriū ieſu chriſti.do.te.Luminare celi.
do.te. Sponſa dei.do.te. Prophetarꝝ oraculū. do.
te.Dei Vmbraculū.do.te.Paſtoris tabernaculuꝫ
do.te.Completū eſt in te conſiliū.do.te. Vera Vir
go et mater que filiū dei genuiſti Verū deū etVerū
hoiem:qui angelo nunciante conceptus eſt.do.te.
Vera Virgo et mater que filiū dei genuiſti Verum
deum et Verū hominē: qui pro nobis in te natus
eſt.do.tecum.Vera Virgo et mater que filium dei
genuiſti Verū deū ⁊ Verū hoiem:qui ꝑ nobis inter
Vlnas ſymeonis ſanctiſſimi in templo receptꝰ eſt.
do.te.Vera Virgo ⁊ mater que filium dei genuiſti
Verū deū et Verum hoiem:qui ꝑ nobis ceſus eſt.
do.te.Vera Virgo et mater q̄ filiū dei genuiſti Verꝝ
deum et Verū hoiem:qui ꝑ nobis ſpinis coronatꝰ
eſt.do.te.Vera Virgo et mater q̄ filiū dei genuiſti
Verum deum et Verū hominē: qui ꝑ nobis clauis
crucifixus eſt.dominus tecum. Vera Virgo ⁊ ma
ter que filiū dei genuiſti Verū deum et Verū hoieꝫ











qui pro nobis in cruce pendens Virginē matrem
Virgini cōmendauit ita dicens:mulier ecce filius
tuus. Deinde ad diſcipulū. Ecce mater tua.do.t.
Vera Virgo et mater que filium dei genuiſti Verū
deum et Verum hominem:qui pro nobis in cruce
pendens exclamauit dicens. Hely hely lamazaba
thani. Et inclinato capite tradidit ſpiritum. do-
minus tecum.VeraVirgo ⁊ mater que filium dei
genuiſti Verum deum et Verum hominem:qui ꝑ
nobis immolatus eſt.dominus tecū. Vera Virgo
⁊ mater q̄ filium dei genuiſti Verum deum ⁊ Verꝝ
hominē:cuius latus lancea perforatū eſt. ⁊ conti-
nuo exiuit ſanguis ⁊ aqua in redēptionē anima
rum noſtrarꝝ ⁊ in remiſſionē pctōrum noſtrorꝝ ꝑ
ſalute mūdi ad Vitā eternā.do.tecū.VeraVirgo ⁊
mater que filiū dei genuiſti Verum deum ⁊ Veruꝫ
hominē:cuius corpus de cruce per ioſeph depoſitū
eſt:et in ſyndone mūda inuolutum eſt . dominus
tecum.Vera Virgo et mater que filium dei genu-
iſti Verum deum et Verum hominē:cuius corpus
in lintheis cum aromatibus in monumento no
uo poſitum eſt.dominus tecum.VeraVirgo ⁊ ma
ter que filium dei genuiſtiVerum deum ⁊ Verū ho
minē:q̄ pro nobis ſepultus eſt.dn̄s tecū.Vera Vir
go et mater que filiū dei genuiſti Verū deū ⁊ Verū
hominē : qui deus et homo tercia die reſurrexit a
mortuis. dominus tecum . Vera Virgo et mater










que filium dei genuiſti verū deū ⁊ verū hoīem: qui
deus ⁊ homo primo btē marie magdalene/ poſtea
diſcipulis apparuit. dn̄s tecū. Vera virgo ⁊ mater
que filiū dei genuiſti verum deū ⁊ verū hoīem: qui
deus et homo cum peregrinis cenauit. dn̄s tecum
Vera virgo et mater que filiū dei genuiſti verum
deū ⁊ verū hoīem: q̊ deus ⁊ homo videntibus gali
leis ad celos aſcendit. dn̄s tecū. Vera virgo et ma
ter que filiū dei genuiſti verum deū ⁊ verū hoīem
